



## Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at <http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content>.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact [support@jstor.org](mailto:support@jstor.org).

lulus et coenae pretio defraudatus querulus exclamat: *ubi es, Veritas?* quod Minas putavit Graece sic sonare: *ποῦ σύγ' εἶσθ', Ἀληθείη*, in quatuor verbis *ter* turpiter impingens. Cui Veritas: *adsum*, inquit, *mi homo; sed quid agam? absque illis fuisset perissem fame; idque vestro vitio factum est qui nunc vivitis homines*

οἱ χαίρετε ψεύδεσσι κοῦκ ἀληθείη.

ἀλλ' ἔρρετ' οἰμώζοντες ἐργάται τούτων.

Haecine de se ipso ac rebus suis auctorem fabulae cogitasse et scripsisse dicamus pertaesum hominum, apud quos, nisi fraudibus ac mendaciis utare, male sit esuriendum? Nescio, sed hoc scio ista convenire in illum ipsum, qui τὰ ψευδῆ ταῦτα conflavit et, ut solet errare in Graecitatis usu, simul futuro Graeco οἰμώζομαι imperite suum οἰμώξω substituit. ἐρέτω οὖν ὁ τούτων ἐργάτης καὶ ποιητῆς οἰμωξόμενος.

C. G. COBET.

## HERODOTEA.

Herodotus in scriptis suis conservandis fortunam non iniquam expertus est. Mendis haud ita multis deformatur, quorum pleraque dictioni aliquid nitoris et elegantiae deterunt, sententiae non magnopere officiant. Paucos quosdam locos male habitos in libr. VII et VIII. indicabo alias plura daturus.

Mirifico additamento laborat locus VII. 214: *εἶδειν μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεύς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνήτης, εἰ τῆς χώρας πολλὰ ὠμιληκῶς εἶη*. Vertunt: *cognita quidem haec semita Onetae quoque quamquam non Maliensi esse potuit, si hanc regionem saepius adierat*: sed statim intelliges minime haec Graecis respondere, si animadverteris optativi usum *εἶδειν ἂν, εἰ πολλὰ ὠμιληκῶς εἶη*, et *ἐὼν μὴ Μηλιεύς* pro *οὐκ ἐὼν Μηλιεύς*. Non possunt haec de Onata dici ante multos annos mortuo: *Fieri potest, ut Onatae illa semita cognita sit*. Quid multa? Antiqua scriptura haec fuit: ΑΤΡΑΠΟΝΤΙC, deinde duabus

litterulis male repetitis ex ONTIC natus est ONHTHC. Itaque sic legendum est: εἰδείη μὲν γὰρ ἄν καὶ ἔων μὴ Μηλιεύς ταύτην τὴν ἀτραπὸν τις, εἰ τῆ ἡχώρῃ πολλὰ ὠμιληκῶς εἶη, quod rectissime dictum est. Tollitur simul alia loci difficultas: non enim in ea argumentatione solus Ὀνήτης ὁ Καρύσιος commemorari debuerat, sed Κορυθαλλὸς quoque ὁ Ἀντικυρεύς, cuius eadem causa est. Herodotus, ut vides, neutrum nominaverat, sed generali sententia usus complexus erat utrumque.

Inanis et fatua verbositas est in Laconis dicto VII. 226: ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὰν ἥλιον ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἢ μάχη [καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ]. Sexcenties intrepidi viri lepidum dictum laudatur: quis umquam insulsum illud additamentum aut ipse adiecit aut alium adiciendum audivit?

In eodem libro VII. 234. soloeca oratio est. Editur: κόσοι τινές εἰσι οἱ λοιποὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ τούτων [ὁ]κόσοι τοιοῦτοι τὰ πολέμια; Recta oratio est, in qua ὄσις, ὄσος, ὄπιος, ὄπου, et similia omnia locum nullum habent, quamquam hic illic aliquid in talibus turbant librarii.

Paulo ante pro ὄσα γὰρ εἶπας ἅπαντα ἀνέβη οὕτω, requiro ὡς γὰρ εἶπας, quo nisi οὕτω referatur commode intelligi non poterit.

In libro VIII. duo menda eximenda sunt e cap. 19: Θεμισοκλῆς συλλέξας τοὺς στρατηγούς — παραίνεε προεῖπαι τοῖσι ἔωυτῶν ἐκάσους πῦρ ἀνακαίειν, ubi corrigendum est τοῖσι ἔωυτοῦ ἔκασον, et post pauca πυρὰ ἀνακαυσάμενοι, non πῦρ, quia passim ignes ardebant.

In cap. 25. scribae error mendum e dittographia peperit. Editur: πάντες δὲ ἠπιστάτο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας. Vera et antiqua lectio est ΠΑΝΤΑΔΕ, pro qua quum scriba dormitans πάντες δὲ substituisset adscriptum a correctore πάντας in alienam sedem irrepsit. Emendandum igitur est: πάντας δὲ ἠπιστάτο τοὺς κειμένους εἶναι Λακεδαιμονίους.

Importuna praepositio a Graeculo interposita est VIII. 55: ἔμπροσθε ὦν [πρὸ] τῆς ἀκροπόλιος, ὅπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνάδου.

Alio modo turbatum est VIII. 65. in verbis: ἐκ δὲ τοῦ κο-  
νιορτοῦ καὶ τῆς Φωνῆς γενέσθαι νέφος καὶ μεταρσιωθὲν φέ-  
ρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων, in his  
verbum μεταρσιῶν malae notae est et vitio in Graecitatem  
invectum. Dicebant Veteres non μεταρσιῶν, sed μετάρσιον, vel  
Attice μετέωρον, αἶρειν: non μεταρσιῶται, sed μετάρσιος (με-  
τέωρος) αἶρεται, quemadmodum nemo Veterum dixit Φανεροῦν  
vel Φανεροῦσθαι, sed Φανερόν ποιεῖν vel γίγνεσθαι, et Latine  
sublimem rapere dicitur, non verbum ex sublimis formatur.  
Sic Aristophanes loquitur in Equitt. vs. 1362:

ἄραξ μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ.

et in Pace vs. 80:

ὁ δεσπότης γὰρ μου μετέωρος αἶρεται,

et sic omnes loquuntur. Facile igitur apparet corrigendum  
esse: καὶ μετάρσιον ἀρθὲν φέρεσθαι.

Expellendum emblemata est ibid. VIII. 67: πρῶτος μὲν ὁ Σι-  
δώνιος [βασιλεύς], μετὰ δὲ ὁ Τύριος. Cui non notum est dici  
ὁ Σιδώνιος pro ὁ τῶν Σιδωνίων βασιλεύς? Sic passim occurrit  
ὁ Τύριος, ὁ Λυδός, ὁ Μακεδών, et sim. praesertim si quis con-  
temptim Reges commemorat. Sic de Persarum rege apud Xe-  
nophanem dicitur:

πηλίκος ἦσθ' ὄθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;

Alia exempla collegit Wesseling ad Herod. I. 2. Si quis  
autem βασιλεύς vult addere, dicendum est ὁ τῶν Σιδωνίων,  
τῶν Τυρίων, τῶν Λυδῶν, τῶν Περσῶν, τῶν Μακεδόνων βασιλεύς.  
Quis serio credat ὁ Μακεδών βασιλεύς dici posse? Itaque in  
Herodoti loco interpolatorem tenemus manifestum. Sine men-  
do scriptum est de eodem cap. 68: ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδω-  
νίου.

Frequens admodum vitium adhuc Criticorum aciem fugit  
VIII. 94. in verbis: αὐτίς τὰδε λέγειν ὡς αὐτοὶ οἶοι [τε] εἶεν  
ἀγόμενοι ὄμηροι ἀποθνήσκειν ἢν μὴ νικῶντες φαίνονται οἱ Ἑλ-  
ληνες. Herodotus scripsit: ὡς αὐτοὶ οἶοι εἶεν — ἀποθνήσκειν.  
Quid intersit inter οἶός εἰμι et οἶός τε εἰμί fugit, ut opi-  
nor, neminem. Nemo tamen redarguit scribarum fraudem,  
qui saepe ubi οἶός εἰμι requiritur substituunt quod solum  
poverant οἶός τε εἰμί. Verissime docet Harpocration in v.  
Οἶος εἶ καὶ οἶός τε εἶ: τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε σημαίνει τὸ

βούλει καὶ προήρησαι, τὸ δὲ σὺν τῷ τε τὸ δύνασαι. Itaque sicubi οἶός τε εἰμί significare videtur βούλομαι vel προήρημαι vel ἔτοιμός εἰμι, hoc tenebimus voculam τε contra Veterum usum a Graeculis interpolatam esse. Rarius οἶός εἰμι intactum evasit, veluti apud Demosthenem pag. 1086, 21: οἶος ἦν ἐπεξιέναι τῷ Λεωκράτει, et p. 1259, 2: οἶος οὖν εἰμί κἀγὼ τὰ ἐνθάδε αὐτὸς ἀξιοῦν λαμβάνειν, sed saepius optimi quoque libri τε perperam inserunt, ut apud Demosthenem p. 542, 5: οἶός τ' ἦν πείθειν αὐτόν, et p. 677: 11: οἶός τ' ἦν πολεμεῖν, et p. 1091, 6: οἶός τ' ἦν ἐγγράφειν αὐτόν, et aliis locis. Dudum haec omnia corrigenda esse Dobraeus admonuit, sed Editores non audiunt.

Levis error, sed non contemnendus, commissus est VIII. 101. in verbis: πρὸς Μαρδόνιον βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρινέεσθαι ὁκότερον ποιήσει τούτων. Ἀποκρίνομαι enim apud Iones significat χαρίζομαι vel ἀφορίζομαι, respondere ὑποκρίνομαι constanter ab iis dicitur, et ὑπόκρισις, et ὑποκριτής ὁ τὸν χορὸν ἀπαμειβόμενος. Itaque emendandum est ὑποκρινέεσθαι.

Duplex mendum obsidet VIII. 108. haec verba: ὡς ἄγοντι μὲν οἱ ἡσυχίην — οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, λιμῶ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθαρέεται. Primum inserenda est necessaria praepositio: κομιδὴ (ἐς) τὸ ὀπίσω φανήσεται. Quemadmodum enim κομιζεσθαι ἐς Σίριν, ἐς Βαβυλῶνα, ἐς Βούβαριν, ἐς ἠθεα τὰ Σκυδικά apud Herodotum legitur, sic κομιδὴ ἐςι vel φαίνεται eandem praepositionem requirit. Deinde emaculanda est forma διαφθαρέεται, quae prorsus est barbara. Attici formam διαφθαρήσομαι usurpant, Iones forma media διαφθερέομαι utuntur cum aoristo διεφθάρην, quemadmodum Atticis usitatum est dicere ἀπεφθάρην, περιεφθάρην, ἀνεφθάρην, sed in futuro ἀποφθεροῦμαι, ut Socrates Strepsiadi intonat in Nub. vs. 789.

οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ

ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον.

et Demus Cleoni in Equitt. vs. 892:

οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιζον ὄζων.

Reddendum igitur Herodoto est: λιμῶ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθερέεται, quod in multis libris integrum servatum est. Eadem scripturae varietas in libris est IX. 42: εἰρώτα εἴ τι εἰ-

δεῖεν λόγιον περὶ Περσέων ὡς διαφθερέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι, ubi in aliis est διαφθορεῦνται, in aliis διαφθαρέονται errore manifesto. Plane eiusdemmodi vitium Graeculi apud Homerum et Tragicos committere solent in futuro verbi κτείνω et κατακτείνω, barbaras formas κτανέω, κατακτανέουσι, κτανῶ et κατακτανῶ substituentes genuinis κτενῶ κατακτενῶ et κτενέω κατακτενέουσιν. Quod enim Bekkerus edidit in Iliad. Z. 409:

τάχα κέν σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοί,

et in Iliad. Σ. 509:

ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τε κτανέοντα κατέκτα,

non minus est vitiosum quam apud Herodotum διαφθαρέεται.

Manifesto excidit ἄν VIII. 111: Ἀνδρίους οὐ δάσειν χρήματα· οὐδέποτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίας τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω. Quoniam perspicuum est eos dixisse: »*numquam enim fore ut Atheniensium potentia suam superet impotentiam,*» perspicuum est emendari oportere: οὐδέποτε γὰρ (ἄν) — εἶναι.

Sententia laborat VIII. 112. in verbis: Θεμιστοκλῆς μὲν νυν — χρήματα παρὰ νησιωτέων ἔκτητο λάβρη τῶν ἄλλων στρατηγῶν. Erravit Dindorfius quum ἔκτητο (*possidebat*) reponeret, nam requiritur imperfectum, *colligebat*, *cogebat*, ἡργυρολόγει, ut in tali re scriptor Atticus dixisset. Revoca igitur veterem lectionem ἐκτέετο.

Errore non infrequenti scribitur VIII. 113: ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν. Unice verum est in talibus ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι nempe ἔδοξε. vide quae de ea re scripsimus in *Novis Lectt.* p. 434. ad Xenophontis Anab. III. i. 11, ubi simillimum in libris mendum est: ἔδοξεν αὐτῷ σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρίαν οἰκίαν καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσαν, pro πᾶσα. Eadem ratio est in loco Themistii p. 6. A: ταύταις ἀπάσαις τοιόνδε εἶναι μοι δοκεῖ. ἐκάσῃ μὲν γὰρ αὐτῶν — ἀνθρωπικὸς εἶναι κόσμος, ubi apposite Dindorfius comparavit locum Isocratis p. 165. A. (de Pace § 28.) ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος — οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ἐπιεικεῖς —, οἱ δὲ κτέ. Corrector Graeculus pro ἔχειν imperite ἔχουσιν supposuit, Urbinas Isocratis manum solus servavit. Sunt Herodoti quoque libri ἀνωρίην servantes, quibus obtemperatum oportuit.

In catalogo τῶν Εὐρυπωντιδῶν VIII. 151. nomen ipsum τοῦ ἀρχηγέτου corruptum est, nam editur τοῦ Πολυδέκτεος τοῦ Πρωτάνιος τοῦ Εὐρυφῶντος pro Πολυδέκτεω et Εὐρυπῶντος. Bonum factum quod certa fide constat de forma Εὐρυπῶν, Εὐρυπωντίδαι et Ἀγιάδαι, nam librarii certatim ΕΥΡΥΠΩΝ et ΕΥΡΥΠΩΝΤΙΔΑΙ et ΑΓΙΑΔΑΙ in alia omnia refingunt. ΑΓΙΑΔΑΙ vitiose Ἀγίδαι appellari solent, aut ΓΙ in Π coalescit, ut ΕΝΑΓΙΑΔΩΝ, id est ἐν Ἀγιάδων, apud Pausaniam III. xiv. 5. κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιάδων βασιλέων εἰσίν, — Ἀσκληπιοῦ δὲ οὐ πύρρῳ ἐστὶν ἱερὸν ἐν Ἀγιάδων καλούμενον. Mirantes Graeculi quid esset ΕΝΑΓΙΑΔΩΝ dederunt ἱερὸν ἐναπάδων καλούμενων. Verum vidit Heringa, qui ἐν Ἀγιάδων palmaria emendatione restituit, quod dictum est ut ἐν Κλωπιδῶν, ἐν Ἰφισιαδῶν, ἐν Ἐχελιδῶν, similiaque, quae raro ex Graeculorum manibus illaesa evadunt. Vidē modo Hesychium in ν. Ἐνεχελιδῶν: — ἔστι δὲ ὁ Ἀθηναίων ἵπποδρομος. Foedius etiam in Etymolog. M. scribitur Ἐνεχελιδῶ, et amissa praepositione apud Photium: Ἐχελιδῶν: τόπος ἔχων ἵπποδρομον, quod legitur inter Ἐχέτλη et Ἐχθεζινόν, ne quid a scribis titubatum putes. Paulo ante in Pausaniae Codd. legitur τάφοι τῶν ἀγίπαδων βασιλέων, quod natum est ex <sup>ΓΙ</sup> ΑΠΑΔΩΝ, in quo corrupta scriptura cum correctione in unum coaluit. Ut apud Pausaniam ἐν Ἀγιάδων depravatam est in ἐναπάδων, sic in Plutarchi Codicibus ἀπάδης vitiose pro Ἀγιάδης scriptum est in Agide cap. 5: Ἄγεις μὲν Εὐρυπωντιδης, — Λεωνιδας δὲ τῆς ἐτέρας οἰκίας ἦν Ἀγιάδης, nam sic docti homines optime emendarunt pro εὐρωτιανίδης, εὐρυτιανίδης et ἀπάδης. Nusquam fere illa nomina labem effugiunt, sed in mendis vetustissimis tuto latuerunt donec perite elicerentur. Non est usitatum Ἀγίδης sed Ἀγιάδης, quod in ΑΠΑΔΗC et ΕΝΑΠΑΔΩΝ pellucet. Ἀγίδαι sicubi apud Strabonem et Pausaniam nominantur, reponendum est id quod Veteres dixisse constat. Vitiose scribitur apud Pausaniam III. ii. 1: τὸ γένος τὸ Εὐρυσθένους καλοῦσιν Ἀγίδας, imo vero Ἀγιάδας, ut et aliunde et ex alio Pausaniae loco confirmatur III. xiv. 3: ἐγυγάτω δὲ τῶν μνημάτων ἅ τοῖς ἀπάδαις πεποιήται, ubi ΑΠΑΔΑΙC manifesto ex ΑΓΙΑΔΑΙC natum est, ut caeteris apud

Plutarchum et Pausaniam locis. Sic et apud Strabonem VIII. p. 366: *καλεῖσθαι τοὺς μὲν Ἀγίδας — τοὺς δὲ Εὐρυπωντίδας*, non est ulla dubitatio quin *Ἀγιάδας* emendari oporteat. Emendata lectio aetatem tulit apud Themistium p. 250. A: *Λακεδαιμονίους δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθίας ὁμοίως ἀνάγειν τὸν τε Εἴλωτα, εἰ τύχοι, τὸν τε Εὐρυπωντίδην* (Codd. *ἐρυποντίδην*) ἢ *Ἀγιάδην*, et apud Plutarchum in Lysandro cap. 23: *ἐβασίλευον ἐκ δυοῖν οἴκων* (l. οἰκιῶν) *μόνον Εὐρυπωντίδαι* (Codd. *ἐρυποντίδαι*) *καὶ Ἀγιάδαι προσαγορευόμενοι*. Levissime tantum vitiatum idem nomen est apud Plutarchum in Lysandro cap. 50: *ὡς χρῆ τῶν Εὐρυπωντιδῶν* (Codd. *ἐυρυτιωντιδῶν*) *καὶ Ἀγιάδων* (Codd. *αγιάδων*) *τὴν βασιλείαν ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι*. Sed leves hi errores videri possint prae iis, qui in nomine *Εὐρυπῶν* et *Εὐρυπωντίδαι* passim et fere constanter committi solent. ΕΤΡΤΙΩΝ primum proclivi errore in *Εὐρυτίων* depravatur, veluti apud Polyaeum II. 15. ΕΤΡΤΙΩΝ. *Εὐρυτίων βασιλεὺς Λακεδαιμονίων*, ubi recte admonet Coraës: *γραπτέον Εὐρυπῶν*, sed evidentem correctionem sine mora recipere debuerat. Recurrit idem in Plutarchi Codicibus in Lycurgo cap. 1 et 2. Emendata scriptura evasit apud Pausaniam II. 36. 4. et IV. 4. 4, utrobique enim sine vitio legitur *τοῦ Πολυδέκτου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιδος, τοῦ Εὐρυπῶντος*. Evasit nomen *Εὐρυπῶν* illacsum apud Herodianum *περὶ μονήρους λέξεως* p. 9, 32. enumerantem nomina in -ῶν penultima corrupta: *Εὐρυπῶν ὁ Λακεδαιμόνιος, ὅθεν οἱ Εὐρυπωντίδαι*, nam sic Lehrsii emendationem perficiendam esse arbitror. His igitur locis inter se comparatis satis constat *Εὐρυπῶν* unice verum esse omnesque in eo nomine (ut et in *Εὐρυπωντίδαι*) scribendi varietates scribis esse imputandas et undique sedulo expellendas. Simul apparet genuinam scripturam non ex singulis locis et Codicum in quoque loco scripturis indagari oportere, sed collatis in unum omnibus omnium testimoniis reperiri constituique posse, quod vellem fecissent et alii et Clintonus in utilissimo opere, quod *Fastos Hellenicos* inscripsit, in quo saepissime in nominibus propriis virum eximium scribae futiles ac nihili transversum egerunt. Apud Clintonum enim in *Fast. Hellen. I. p. 334.* (ubi enumerat quos ipse *Agidas* et *Proclidas* appellat quum *Agidas*



et *Eurypontidas* appellare debuisse) ponitur *EURYPON* sive *Eurytion*, quod perinde est ac si quis auctorem operis *CLINTONUM* sive *DINTONUM* vellet appellare. Multo etiam peius peccatur in nomine *Εὐρυπωντίδαι*. Sub uno veluti conspectu ponere iuvat scribarum hallucinationes. Pro *Εὐρυπωντίδαι* dederunt *εὐρυτίωνι* δὲ apud Plutarchum in comparat. Agesil. et Pomp. cap. 2: οὐκ ἂν ἠπόρησαν *Εὐρυπωντίδαι* (Codd. *εὐρυτίωνι* δὲ) γνήσιον τῆ Σπάρτη βασιλέα παρασχεῖν, emendavit locum Valckenarius ad Herod. VIII. 151. Pro *Εὐρυπωντίδης* in Plutarchi Agide cap. 3. in libris est *εὐρυτιωνίδης* et *εὐρυτιώνδης*. Apud Themistium vidimus *ἐρυποντίδην* scribi. In Plutarchi Lycurgo cap. 2: οὐκ ἀπὸ τούτου (τοῦ Σόου) τὴν οἰκίαν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγόρευσαν *Εὐρυπωντίδας*, ὅτι δοκεῖ πρῶτος *Εὐρυπῶν* τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, libri exhibent *εὐρυτιωντίδας* et *εὐρυτιωνίδας* et omnes *εὐρυτίων*. Vidimus supra in vita Lysandri cap. 30. pro *Εὐρυπωντιδῶν* in libris scriptum esse *εὐρυτιωντιδῶν*. Levius peccatum est in eadem vita cap. 23, ubi libri servant *εὐρυπωντίδαι*, sed multo gravius apud Pausaniam III. 7. 1: *Εὐρυπῶντα* δὲ τὸν Σόου Φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην *Εὐρυπωντίδας* ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν Προκλείδας ἐς ἐκείνον καλουμένους, ubi pro *Εὐρυπωντίδας* futiles scribae *εὐρυπῶντας* et *εὐρυπῶνδας* supposuerunt, similiterque III. 12. 8: ἐγγύτατα — Δικτύνης ἐστὶν ἱερὸν καὶ βασιλικοὶ τάφοι τῶν καλουμένων *Εὐρυπωντιδῶν*, ubi *εὐρυπῶνδων* et *εὐρυπόδων* substituerunt. Plane idem vitium commaculat luculentum Strabonis locum VIII. p. 366, quem totum apponam ut hic illic emendem. Ἑλλάνικος μὲν οὖν, inquit, *Εὐρυσθένη* καὶ Προκλέα Φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἐφορος δ' ἐπιτιμᾷ Φήσας Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνήσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνατιθέναι. μόνω γοῦν Λυκούργω ἱερὸν ἰδρῦσθαι καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος, ἐκείνοις δὲ καίπερ οἰκισαῖς γενομένοις μηδὲ τοῦτο δεδῶσθαι, ὥς τε τοὺς ἀπ' αὐτῶν τοὺς μὲν *Εὐρυσθενίδας*, (reliqua exhibebo ut in Parisino Codice A mutilato scripta sunt)

τοὺς δὲ προκλείδας καλεῖσθαι ἂ \* \* \* \*  
 ἀγίδας ἀπὸ ἄγιδος τοῦ εὐρυσθένους τοὺς δ \* \* \* \*  
 πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους. τοὺς μὲν \* \* \*  
 σαι δικαίως, τοὺς δὲ δεξάμένους ἐπ \* \* \*

πους δι' ἐκείνων δυναστεῦσαι. ὅθε \* \* \*  
 νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται \* \* \*  
 σανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν ἐκπεσόν \* \* \*  
 οἰκείας ἐν τῇ Φυγῇ συντάξαι λόγ \* \* \*  
 γου νόμων ὄντος τῆς ἐκβαλλούσης \* \* \*  
 τοὺς χρησμοὺς λέγειν τοὺς δοθέντα \* \* \*  
 πλείσων.

In his lacunas plerasque aut ex antiquis Excerptis aut ex ipsa loci sententia certo supplemento explere licet, in qua re Kramerum ita sequar ut nonnulla emendatius exhibeam. »*Exciderunt (admonente Kramer) in fine versuum literae nonnullae defectu ita paulatim crescente ut in primo decem, in ultimis quatuordecim fere desint.*» Itaque in primo exciderunt: ἀ(λλὰ τοὺς μὲν) Ἀγιάδας (non Ἀγίδαας) ἀπὸ Ἀγιδος τοῦ Εὐρυσθένους. In secundo, quia decem, non plures, literae amissae sunt, manifestum est excidisse: τοὺς δ' (εὐρυπόδας ἀ)πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους, in quibus idem est vitium, quod in sqq. recurrit παυσανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν, et quod apud Pausaniam vidimus εὐρυπόδων pro Εὐρυπαντιδῶν. Optime igitur emendatum est: τοὺς δ' Εὐρυπαντιδάας ἀπὸ Εὐρυπῶντος. In versu tertio male supplent: τοὺς μὲν (γὰρ δυναστεῦ)σαι δικαίως, nam perspicuum est suppleri oportere: τοὺς μὲν (γὰρ βασιλεῦ)σαι δικαίως, et inter se opponi τὸ βασιλεῦσαι δικαίως et τὸ δυναστεῦσαι, id est τυραννῆσαι. Tum rectissime suppletur: δεξάμενους ἐπ(ήλυδας ἀνθρώ)πους δι' ἐκείνων δυναστεῦσαι, et ὅθεν οὐδ' ἀρχηγέτας) νομισθῆναι, sed minus recte in sq. versiculo Kramerus dedit: ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται(ι οἰκισαῖς. Παυ)σανίαν τε τῶν Εὐρυπαντιδῶν κτέ. nam dare debuerat ἀποδίδοται(ι τοῖς οἰκισαῖς. Παυ)σανίαν. Constat ex antiquis Excerptis: ὅθεν οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται τοῖς οἰκισαῖς, ὅτι ἐπήλυδας ἀνθρώπους δεξάμενοι δι' ἐκείνων ἐδυναστευσαν. Non exputo quid exciderit in sq. ἐκπεσόντα \* \* τῆς οἰκείας. Fortasse εἰς Τεγέαν supplendum, sed nihil definire satius est. Quod reliqua sic sarciuntur συντάξαι λόγ(ον κατὰ τοῦ Λυκούρ)γου νόμων ὄντος τῆς ἐκβαλλούσης(ς αὐτὸν αἰτίου καὶ) τοὺς χρησμοὺς λέγειν τοὺς δοθέντα(ς αὐτῶ περι τῶν) πλείσων, alia sunt incerta, alia manifesto falsa. Quidnam sibi vult: Λυκούργος αἴτιος ὢν νόμων τῆς ἐκβαλλούσης αὐτόν? Meliora quaerenda erunt.

Mihi quidem videtur Pausanias συντάξαι λόγον κατὰ τῶν Λυκούργου νόμων, non κατὰ τοῦ Λυκούργου. In ceteris mihi ipse non satisfacio. In praecedentibus quoniam οἰκίας in libris est, non οἰκείας, subnascitur mihi suspicio Strabonem scripsisse Παιουσανίαν τε τῶν Εὐρυπωντιδῶν ἐκπεσόντα ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἐτέρας οἰκίας ἐν τῇ Φυγῇ συντάξαι λόγον κτέ. Sed superest alia gravior difficultas quam aliis solvendam relinquo. Nemo umquam fuit Spartaε Παιουσανίας τῶν Εὐρυπωντιδῶν. Pausanias enim, qui Tegeam exulatum abiit, fuit τῶν Ἀγιάδων, Plistoanactis filius et Agesipolidis pater, de cuius exilio Xenophon, Diodorus, Plutarchus et Pausanias memoriae prodiderunt. Vide modo Plutarchum τοὺς Ἀγιάδας inde ab antiquiore Pausania enumerantem in Agide cap. 5. quod quomodo expediendum sit videant alii. Equidem, quod nunc solum ago, satis mihi demonstrasse videor, Reges Spartanorum ἐξ ἐκατέρως τῆς οἰκίας τοὺς μὲν Ἀγιάδας ἀπὸ Ἀγίδος τοῦ Εὐρυσθέλους, τοὺς δὲ Εὐρυπωντίδας ἀπὸ Εὐρυπῶντος τοῦ Σόου τοῦ Προκλέους appellatos fuisse. Nomina Εὐρυσθενίδαι et Προκλείδαι ab eruditis ficta sunt, et nomen Ἀγίδαι vitiosum est et Veteribus inauditum. Quod modo audivimus Pausaniam dicentem III. 7. 1: τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυπωντίδας ἔνομα λαβεῖν Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους, facile apparet id eum de suo excogitasse aut coniecisse. Nulla supererant illius aetatis monumenta unde id quisquam, ne Ephorus quidem, colligere potuisset. Supererant ex remota antiquitate nomina τοῖς Ἀγιάδαι et τοῖς Εὐρυπωντίδαι, unde Ἄγεις et Εὐρυπῶν ἀρχηγέται ἐνομίσθησαν. Vetusta haec nomina pessimis exemplis indocti scribae vitiant. Ἀγιάδης in ἀπάδης abit aut in ἀγίδης, Εὐρυπῶν in εὐρυτιῶν; τοὺς Εὐρυπωντίδας deformant in εὐρυτιωντίδας, εὐρυτιωνίδας, εὐρυτιώνδας, εὐρυποντίδας, ἐρυποντίδας, εὐρυπώνδας et εὐρύποδας denique, quae omnia non sunt unius assis, quia de vera nominis forma liquido constat, quae utcumque depravata e scripturae reliquiis ubique pellucet. Itaque Herodoto quoque tandem reddatur quod solum verum est τοῦ Πολυδέκτεω τοῦ Πρυτάνιος τοῦ Εὐρυπῶντος.

Duo emblemata mala manus inseruit in libro VIII. cap. 158: οἶκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω — ἐν τούτοις καὶ ὁ Σειληνὸς [τοῖς κήποις] ἦλω, spuria verba esse:

quae uncinis inclusimus, satis ostendit inepta sedes in quam casu ex ora libri irrepserunt.

Post pauca novum emblemata apparet in verbis: ἐνθεῦτεν δὲ ὀρμεόμενοι [ὡς ταύτην ἔσχον] κατεσρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίαν. Qui adscripsit ὡς ταύτην ἔσχον non satis intellexit quid esset ἐνθεῦτεν (ἐκ Βερμίου τοῦ οὐρεος) ὀρμεόμενοι, id est τοῦτο τὸ οὐρος ὀρμητήριον ἔχοντες, quae frequens admodum locutio est, et e verbis τὴν ἄλλην Μακεδονίαν elicuit ὡς ταύτην ἔσχον, ineptissime, ut mihi quidem videtur.

Aliud scioli additamentum nos ludificatur in cap. 140. § 4, ubi legitur: ὥστε καὶ ἦν ἡμέας ὑπερβάλησθε [καὶ νικήσητε], τοῦπερ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπίς εἴπερ εὖ φρονέετε, ἄλλη παρέσαι πολλαπλησίη. Verbum ὑπερβάλλεσθαι significat prorsus idem atque νικᾶν, κρατεῖν, κρείττω εἶναι, sed aliquanto acrius et significantius est quam haec, ita ut qui dixerit ἦν ἡμέας ὑπερβάλησθε addere non possit frigidum et iners καὶ νικήσητε. Addidit Graeculus aliquis quo tempore ὑπερβάλλεσθαι eo sensu dictum abierat in desuetudinem. Saepe alibi eodem verbo Herodotus utitur in re eadem, veluti VIII. 24: οἱ ἠλπισαν τὴν βασιλείῳς δύναμιν ὑπερβαλέεσθαι, ubi quis aequo animo ferret additum καὶ νικήσειν? Et de Dario V. 124: πρὸς δὲ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφάνη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέεσθαι, et aliis locis. Sic et apud Aristophanem in Nub. vs. 1055:

εἴπερ τὸν ἄνδρ' ὑπερβαλεῖ καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσεις.

et in Equitt. vs. 890:

ἄλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις.

et vs. 408:

οὔτοι μ' ὑπερβαλεῖσθ' ἀνοιδείᾳ μὰ τὸν Ποσειδῶ.

et saepius alibi. Eodem sensu ὑπερακοντίζειν poni solet, cui verbo quis umquam addidit καὶ νικᾶν?

In fine cap. 140. § 8. tralaticium mendum inest in verbis: ἀλλὰ πείθεσθε, et exemta vocali scribendum est πίθεσθε. Solent formae ἐπιθόμην, πιθοῦ, πιθέσθαι, πιθόμενος cet. sic a Graeculis corrumpi, qui dudum obsoleto aoristo πιθέσθαι solum πείθεσθαι noverant, et etiam apud poetas iugulato metro πείθου, πειθόμενος et sim. pro antiquo aoristo substituebant. Πείθου et μὴ πείθου apud Veteres ponuntur pro πίσειε et μὴ

πίσειε. *Obsequere mihi, obtempera mihi dicebatur* πιθοῦ μοι apud omnes. Præiit omnibus Homerus noto versu:

ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἔσδν ἐμεῖο.

In animosa Atheniensium oratione VIII. 143: Νῦν δὲ ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι ἔς' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴη τῆ καὶ νῦν ἔρχεται μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξη, duo vitia insunt, levius alterum τῆ pro τήν, nam facile mihi: dabis emendandum esse τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴη τὴν καὶ νῦν ἔρχεται, quoniam neque ὁδῶ ἔρχεται pro ὁδόν dicitur, neque τῆ adverbium esse potest. Alterum gravius mendum est. Unde pendere putas verba μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξη? An a verbo λέγουσι Ἀθηναῖοι? Fieri non potest, nam sic ἡμέας inepte abundat. *Renuncia Mardonio Athenienses dicere numquam nos cum Xerxe societatem iuncturos.* Imo vero *numquam sese societatem iuncturos* dictum oportuit. Pendent autem illa verba ab imperativo ἀπάγγελλε, quod ut fieri possit sciolum sibi habere iube verba quae de suo addidit ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι.

C. G. COBET.



LIVIIUS NONNULLIS LOCIS EMENDATUS.

Manifesto mendosus est locus Livii XXII. 34: *Habere igitur interregnum eos (Patricios), consulatum unum certe plebis Romanae esse: populum liberum habiturum ac daturum ei, qui magis vere vincere quam diu imperare malit.* Veram lectionem huius loci Badhamus reperit et mecum communicavit. Nempe Livius sic scripserat: *qui MATURE vincere quam diu imperare malit.*

In libro XXII. 6 fin. scribe: *quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecti, pro coniecit.* Corrige in cap. 10: *si quid rumpet occidetque insciens se fraude esto, pro ne fraus esto.* In cap. 14. *strepunt aures clamoribus plorantium sociorum saepius nos quam Deorum invocantium opem, reponere nostram pro nos, et post pauca in verbis: media in urbe [qua nunc busta Gallica sunt], expunge additamentum e libr. V. 48. huc invectum.*

C. G. C.